



255





zu 005

O. i. 840 (1-101).



# DE RESTITV- TIONE MINORVM. CON- CLVSIONES ALIQVOT.

QVAS DIVINA FAVENTE GRATIA,  
PRAESIDIBVS CLARISS. ET CONSVLTISS. VIRIS  
D, Ioanne Michaëlis Cronenburgero, & D. Ioanne Hol-  
landt, SS. LL. Licent. Dictatore & Fisco, pro laudabili  
& huc vsque recepta consuetudine, in florentissi-  
mo Iuridicæ facultatis, apud Vbios Col-  
legio, publicè defendere eni-  
tetur.

**CHRISTIANVS BORN**  
AGRIPPINENSIS.

*Anno reparatæ salutis CIO. IO. LXXXI.*  
*21. Martij.*



COLONIAE AGRIPPINAE  
EXCVDEBAT PETRVS KESCHIDT.





## CONTINUATIO.

**R**emissis generalirestitutionum, iisque in specie materijs, quæ nobis competunt iure actionis: consequens est, ut proprie dictam (a) restitutionem, quæ nobili officio iudicis (b) implorato, propter ætatis imbecillitatem conceditur, discutiamus. (c)

(a) Sichard. in Rub. C. h. t. in prin. (b) l. quod si minor, l. ex causa, 14. §. interdum ff. h. t. quia mixti est imperij. Schneid. de vsib. feud. part. 2. nu. 81. quæ res in feud. dar. poss. Bart. in l. imperium nu. 19. per l. ea quæ 16. ff. ad Municipalem. l. fin. C. vbi & apud quem (c) l. i. vbi gl. in verb. plurifariam ff. de rest. in integ.

## CONCLUSIO PRIMA.

**P**retor Edicit; Quod cum minore quam 25. annis natu gestum esse dicitur; utique quæ ea res erit animaduertam, idque ex hac generali ratione, quod infirmum & fragile sit huiusmodi ætatis consilium, & multis captionibus suppositum, multorumq; insidijs expositum.

l. i. ff. de minor. 25. ann.

### II.

Restituuntur itaque minores, id est, qui 25. ætatis annum necdum compleuere, (a) nec quia diem vel horam vltimam attigerunt, hoc remedio priuandi sunt: ex eo quod à die natiuitatis, (b) de momento ad momentum, fieri debeat computatio: (c) & equalis omnium est conditio, siue masculi, siue fœminæ, (d) patres aut filij sint familias. (e)

(a) l. i. ff. de mino. ibi. nam post hoc tempus ff. h. t. per l. si ita libertas 2. ff. de manum. test. l. inter illam 217. de verb. signif. (b) l. 3. §. minorem ff. h. t. d. l. i. in verb. natu. (c) d. §. minorem, Azo in Rub. vbi quoq; Bart. de resti. in integ. gl. in c. subdiaconus dist. 77. (d) quia edictum generale, nec restringendum ad sexum: Cald. in l. curatorem. verb. minoribus in prin. (e) l. denique §. vtrum solis ff. h. t.

### III.

Heredes & successores quoque, qui etsi maiores sint, ex capite tamen & persona defuncti, implorare hoc auxilium non prohibentur: (a) quod fideiussori regulariter denegatur. (b)

(a) l. non solum 6. ff. de in integ. rest. l. minor autem 18. §. fin. cum l. seq. h. t. (b) l. i. & 2. C. de fideiuss. minor. l. in causæ cognitione 13. ff. de minorib. Mauriti. de restit. cap. 12. in prin. & cap. 14. l. Marcellus. ff. de fideiuss. Contra tenet Iosephus Ludou. decis. 27. nu. 4. per Bart. in d. l. Marcellus & in l. Stichum §. vulgo. de solut.

### IIII.

Hoc iure minorum vtuntur quoque, furiosus perpetuo, prodigus notorius, cui propterea a bonis interdictum & perpetuus curator datus est, sine cuius authoritate nihil penitus facere potest: (a) Ecclesia, (b) Hospitalia, (c) & alia loca pia, (d) Respublica Romana, (e) quod in alijs ciuitatibus & rebus publi. (f) statuimus.

(a) l. qui neque 8. & l. si prædia 11. ff. de rebus cor. qui sub tut. l. Marcellus ff. de fideiuss. l. Fulci.



1. Fulcinius §. adeo, Quibus ex causis in possess. cat. Sfort. Odd. part. 1. q. 3. art. 1. (b) c. 1. ext. de restitu. c. auditis §. licet autem, cod. Mathes. sing. 44. num. 3. & 16. Ang. Arctin. de author. tut. in prin. nu. 3. (c) l. Orphonotrophos 31. C. de Episc. & cler. l. omnia priuilegia. 34. cod. Ioan. And. in c. 1. de rest. in integ. in sext. (d) Tyraq. in tract. de priuileg. piæ caus. priuileg. 38. 39. 40. 41. 42. (e) l. respublica 4. C. quibus ex caus. maior. (f) l. 1. vbi gl. in verb. flagitare C. de offic. eius qui vic. iud. l. rempublicam, C. de iur. reipub. lib. 11.

#### V.

*Contra quasunque personas intentare potest, nisi propter reuerentiam vt in parente & patrono, (a) aut aliud legitimum impedimentum, arceatur. Hinc minor contra minorem, aut Ecclesiam, & vice versa, (b) in pari casu non restituitur, (c) nisi alius de damno vitando, de lucro vero captando alius certet: prioris enim potior est conditio. (d)*

(a) l. 2. C. qui & aduers. quos, l. patri 27. §. fin. ff. de minor. Cald. in d. l. si curatorē, verb. Læsis num. 155. l. 4. & l. parentes 6. cum seq. ff. & l. venia C. de in ius vocando, Maurit. de restit. in integ. cap. 224. Sfort. part. 1. q. 18. art. 1. (b) l. verum 11. §. fin. & l. si minor 34. ff. h. t. Dd. communiter in Auth. quas actiones C. de SS. Eccles. (c) Lancellottus Inst. Canonicis, de restit. in integ. in pr. Marant. part. 6. §. & quandoque appellatur nu. 87. Bart. in d. Auth. quas actiones nu. 3. & 4. (d) d. l. verum & l. 34. h. t. Sfort. part. 1. q. 18. art. 4. nu. 33. & art. 5. nu. 18.

#### VI.

*Requiritur tamen ad hoc vt minor restitui possit atatis probatio, (a) que fit per testes, vt obstetrices, (b) susceptorem vel patrinum, (c) vicinos, (d) tutores, &c. (e) per Instrumenta, (f) ex confessione aduersarij, (g) per aspectum, (h) & alijs legitimis modis, quos Dd. notant. (i)*

(a) l. si minorem 4. C. de restit. in integ. vbi omnes notant & l. cum te 9. vbi gl. in verb. probare C. de probat. Bald. part. 3. consil. 66. in fin. c. constitutus vbi Panor. ext. de restit. in integ. l. de atate vbi Bart. ff. h. t. (b) l. 3. §. duæ ff. in Carbon. Edict. Bart. in d. l. de atate nu. 7. (c) Bart. consil. 92. vbi inquit quod à suspicione debeat esse alienum (d) l. filium diffinimus ff. de his qui sunt sui vel alie. iur. vicini enim præsumuntur scire facta vicinorum, de quo per Bart. & alios in l. 1. ff. si certum petatur & l. si vicinis C. de nuptijs, (e) l. de tutela C. h. t. (f) l. in exercendis C. de fid. instr. l. vnica C. de manda. princ. l. ætas 2. C. si minor se maior. dix. vbi Bart. nu. 1. & Salic. d. l. si minorem nu. 10. (g) l. publica in fin. ff. de pos. Bald. in l. ideo nu. 4. C. de episc. & cler. Panor. ad Rub. de probat. in fin. (h) refert Caldas in verb. minoribus d. l. si curatorem nu. 16. & seqq. Bart. in d. l. de atate nu. 8. 9. & 10. Maurit. c. 319. de rest. (i) Sfort. q. 37. art. 4.

#### VII.

*An autem parentum, consanguineorum & amicorum testimonia admittenda sint. (a) Item liber patris, in quo omnes filiorum atates ordine descripta sunt, plenam fidem faciat? (b) controuertitur, & affirmatiuam partem, tanquam equiorem, reclamantibus alijs, (c) propugnabo.*

(a) Mauritijs de restit. in integ. c. 316. & 317. per l. etiam ff. de probat. Speculator in tit. de teste §. 1. nu. 4. Bart. consil. 92. nu. 4. & 5. Iacobus Egidij de testib. nu. 57. l. Imperatores 29. ff. de probat. (b) Menoch. de arbit. iud. lib. 2. cent. 2. casu 116. nu. 4. Cald. d. §. minoribus nu. 33. l. 2. ff. de excusat. Maurit. cap. 320. (c) pro l. parentes C. de testib. gl. in l. etiam, de probat. vbi communiter Dd. Cald. d. §. minoribus nu. 13.

Nec



### VIII.

*Nec utique quia minor est, restitutio conceditur, sed lesum & circumscriptum se ut doceat, (a) idque vel inconsulta sua facilitate, vel dolo aduersarij oportet; (b) nisi actus sit sua natura noxius, quia hoc casu solam probare lesionem sufficit. (c)*

(a) l. 3. §. si minor. h. t. l. nam & postea §. si minor. ff. de iureiur. vbi glo. in verb. docuit. Cald. d. loc. in verb. dolo aduersarij l. verum §. sciendum ff. h. t. l. non omnia eod. (b) d. l. non omnia, & l. minoribus C. h. t. l. quod si minor 24. §. semper ff. eod. Menoch. de remed. recuper. possess. remed. 15. nu. 136. Car. Ruy volum. 5. conf. 119. nu. 13. Corn. conf. 135. nu. 7. lib. 2. Sfort. part. 1. q. 4. art. 1. 2. 3. & 4. (c) Cald. in d. l. si curatorem verb. aduers. dolo nu. 1.

### IX.

*Hinc est si fato, vel fortuito casu lesio contingat, nullam competere restitutionem. (a) Item si iure communi vel municipali coactus, actum faciat damnosum: v. g. stante statuto, quod cogeret dotare sororem, bona fratrum vel consanguineorum emere, compromittere, &c. (b)*

(a) d. l. verum §. sciendum vbi Bart. nu. 1. Bald. nu. 2. Bald. quoque in l. ait prætor §. hodie ff. de minor. Iason in l. de fideicommissio C. de transact. nu. 7. quia casus fortuiti à sapientibus etiam non possunt præuideri, l. quæ fortuitis C. de pignoratitia actione, Petrus Rebuff. de rest. in integ. in gl. 2. nu. 7. Mantua sing. 631. (b) l. fin. C. h. t. vbi cõmuniter Dd. nisi in modo quo actum ipsum fecit læ datur. Sfort. part. 1. q. 4. art. 7.

### X.

*Multis autem modis contingit lesio, in obligationibus tam naturalibus, (a) quam ciuilibus, & vtrisque simul; quare aduersus has implorare hoc remedium, iuri consentaneum est.*

(a) gl. in l. 3. §. alterius in verb. patitur ff. de negot. gest. l. indebito 2. C. si aduersus solut. l. Marcellus ff. de fideiuss. l. minor. vbi Bart. nu. 4. de procurator. l. interdum vbi Bart. nu. 4. de condicti. indeb. Cont. tenet Ang. Arct. in §. præterea Inst. quib. mod. toll. oblig.

### XI.

*Vnde videre est minori vbi mutuum vel dederit, (a) vel sine iussu patris, (b) contraxerit: (c) non negari hoc beneficium, nisi in quantum locupletior factus fuerit. (d)*

(a) l. patri §. pecuniam, vers. quid si egenti ff. h. t. l. 3. §. proinde ff. ad SC. Macedo. l. regula §. hac ratione ff. de iuris & facti igno. l. verum 12. §. fin. ff. h. t. (b) l. denique 3. §. sed vtrum vers. si agitur, (c) d. l. patri pro filio 28. §. pecunia ff. de minoribus, l. 2. C. si aduers. credit. l. ait prætor in prin. ff. h. t. (d) d. l. 1. & 2. C. si aduers. credit.

### XII.

*Sed quis locupletationem probare debeat, non satis inter se conueniunt, & siquidem sibi sub fœnore, & vsuris, (a) aut ad lusum (b) quippiam mutuatum sit; creditori onus probandi incumbere, extra controuersiam est. Sin vero merè gratuitum fuerit mutuum, (c) minorem oneramus.*

(a) l. 1. & 2. C. si aduers. cred. vbi gl. Bart. & Bald. idque in odium vsurariorum constitutum contra quos semper est præsumptio c. illo vos ext. de pignor. c. 1. dist. 47. (b) Arctin. conf. 81. nu. 2. & seq. Rebuff. de in integ. rest. art. 1. gl. 3. nu. 30. (c) l. nam & postea §. si minor ff. de iureiur. Gomefius variar. resolut. tom. 2. cap. 13. n. 2. Sfort. d. loc. q. 51. art. 5.

*Aduer-*



### XIII.

*Aduersus fideiusionē quoq; (a) nisi in principalis locū successerit, (b) aut in rem suā fidei ufferit; (c) permutationem, (d) locationem & conductionem, (e) donationem, (f) societatem, (g) emptionem item & venditionem, (h) siue in re ipsa, (i) siue pretio lesio consistat. (k)*

(a) l. i. C. de filiofam. min. l. ait prætor §. i. ff. de min. l. Titius & Scia. ff. de fideiuss. (b) d. l. i. C. de filiofam. min. per l. si quis pro eo §. i. de fideiuss. (c) l. de die §. i. vbi Alex. nu. 2. qui factid. cog. d. l. si Titius & Scia. de fideiuss. (d) l. Titia ff. de iur. dot. Maur. de rest. cap. 213. (e) c. i. ext. h. t. Sfor. par. 2. q. 56. art. 6. (f) l. i. & 2. cum Rub. C. si aduers. donat. (g) l. ait prætor in prin. h. t. (h) l. patri pro filio §. si pecuniam vers. prædium, d. l. ait prætor l. verum §. si locupleti ff. de minorib. l. i. & fin. C. si adu. vend. (i) l. si in Emptionem ff. h. t. l. si sine §. interposito vbi notat Bart. ff. de administ. tut. (k) l. patri 27. §. si pecuniam vers. prædium h. t.

### XIV.

*Questionis est, vtrum minori circa venditionem, ratione quantitatis pretij lesio, detur restitutio, ad infringendam venditionem, an verò ad iustum pretium supplendum? & quamuis non desint, qui aucto pretio, nihil plus minorem consequi posse volunt; (a) contrarium tamen, cum Ario Pinell. (b) defendemus.*

(a) Bart. in l. i. nu. 9. C. si aduers. rem iud. Bart. Salic. & Bald. post gl. in l. siquidem C. de præd. min. & gl. in l. patri §. pecuniam in verb. prædium de minorib. l. si res æstimata §. si mulier ff. de iur. dotium, vbi Bart. Panorm. in c. constitutus. de restit. in integ. ad fin. (b) in l. 2. C. de rescind. vend. part. 3. nu. 21. per l. Quod si minor §. restitutio l. patri §. ex aduerso de minoribus, l. penult. cod. expref. tex. in c. i. de restit. in integ.

### XV.

*An autem restituatur minor aduersus venditionem sui ipsius ad pretium participandum? & cum penitus status eius mutetur, restitutionem negamus.*

Rebuff. de restit. in gl. secunda nu. 19. textus in l. si ex causa 10. §. Pomponius, vbi glo. & alij, ff. de minor. Azo in Rub. C. de rest. in integ. nu. 12. Maur. de restit. cap. 242. Cald. in l. si curatorem in verb. hunc contractum nu. 29. Cuiacius in l. 3. §. si quis minor ff. de minoribus.

### XVI.

*Aduersus contractum matrimonij nõ restituitur, (a) an in sponsalibus de presenti, necdum carnali copula consummatis, idem obtineat? & negantiū opinioni acquiescimus, (b) vti quoque de ingressu religionis, & voto dicendum.*

(a) c. i. 29. q. 1. quia quod deus coniunxit homo non separet, glo. in c. ex parte, verb. quamuis minor, ext. de rest. spoliat. vbi Abb. nu. 12. Speculator, de rest. in integ. §. qualiter nu. 5. Maur. de restit. cap. 245. Decius conf. 112. in prin. aduersus sententiam tamen supra matrimonio latam restituitur, tex. in c. 2. de rest. in integ. Maur. cap. 3. & 27. d. loc. (b) per l. nuptias de reg. iur. potest tamen pontifex ex iusta causa dispensare. Bald. in l. ideo nobis num. 7. vbi gl. addit. in verb. Papa. Decius d. conf. 112. glo. in c. ex publico ext. si de conuers. coniug. (c) Specul. d. §. qualiter nu. 5. Bart. in Auth. ingressi, C. de SS. ecclesijs nu. 18. Panorm. in c. ex parte de rest. spol. (d) Anto. de But. in c. scripturæ ext. de voto num. 4. Sfort. part. 2. q. 60. art. 6. de rest.

Non



XVII.

*Non solum in contractibus, sed & in quasi, hoc privilegium locum habet; ut si negotia pro alijs gesserit, (a) in fideicommissio aut oneroso legato acceptato, (b) in hereditate adita vel repudiata, laesus fuerit. (c)*

(a) l. quod si minor, ff. de minorib. (b) l. si minor annis seruum, de minor. Bald. in l. ait prætor, §. fin. cod. Socinus lun. conf. 173. nu. 3. & 4. lib. 2. (c) §. extraneis Inst. de hæred. qual. & diff. l. 1. & auth. si omnes, C. si minor hæred. se abst. & ib. gl. Bart. Bald. & communiter, Dd. l. quod si minor, §. Schæuola l. ait prætor, §. restitutus, cum seq. ff. h. t.

XVIII.

*Quæri hic non inconuenienter potest, restituto minore contra aditam hereditatem, an restituatur simul hereditas in eum statum, quo fuit ante aditionem? Aut soluit ex voluntate testatoris, uti legata & fideicommissa, & siquidem restitutione obtenta, causa testati ad causam intestati reducatur, omnia repeti posse quæ à minore distracta, (a) præterquàm legata libertatis, (b) vel pia causa (c) soluta, existimo: sin vero causa testati maneat, secus. (d) aut soluit ex necessitate iuris, utpote debita hereditaria, & si absit mala fides, nõ repetuntur. (e) Sin aut ex voluntate propria hereditatis bona aliqua alienarit, ad sui utilitatem, restituere tenetur, in quantum locupletior factus, nec refert, suus sit, vel extraneus. (f)*

(a) l. 2. & 3. ff. de condictio. indeb. l. non est nouum, eod. gl. Bart. Albert. & alij, in l. in integrum ff. de minor (b) l. si mulier, ff. h. t. §. semel, Inst. quibus ex caus. manum. l. 1. 2. 3. & fin. C. si aduers. libert. l. si ex causa, l. minor se, ff. h. t. l. eleganter, ff. de dolo: l. illud de appel. (c) Bald. in l. si filius qui patri, & per Socin. ibi nu. 10. ff. de vulg. & pupill. (d) l. licet Imperator de legatis 1. (e) l. quoties vbi gl. Bart. & Dd. communiter, ff. de acquirenda hereditate, l. pupillus ff. quæ in fraudem credit. l. tutores, l. nec est nouum, ff. de condict. indeb. (f) pulchrè Sfort. Odd. part. 1. q. 47. art. 4. & 5. & part. 2. q. 62. art. 6.

XIX.

*Semel restitutus minor, aduersus aditam vel repudiatam hereditatem, denuo ut eandem acquirat, vel deserat audiendum esse, certi iuris est.*

l. ait prætor 7. §. restitutus, vbi Bart. & Bald. ff. de minor. Maur. de rest. cap. 131. cum seq. l. fin. vbi gl. & Dd. C. si sapius in integrum rest. postul.

XX.

*An quemadmodum aduersus expressas, (a) ita quoque tacitas renunciationes, uti sunt prescriptiones, (b) restituatur videndum; & siquidem conventionales, (nisi cum alijs gesta sint) (c) concedimus: (d) idem obtinet in perpetuis, (e) & iudicialibus, (f) utpote re iudicata, (g) lapsis fatalibus ad prosequendam appellationem. & c. (h)*

(a) l. non omnia, ff. de minor. l. 3. §. si quid minori, eod. l. 1. & 2. C. si vt omiff. hæred. (b) l. alienationis verbum, 28. ff. de verb. signif. (c) l. Aemilius, ff. h. t. l. rem quam, fin. C. Si aduers. vend. pign. Azo in Rub. C. si adu. vend. Maur. c. 95. de rest. Bart. in l. fin. in fin. C. in quib. caus. rest. non est necess. gl. ibidem & Bald. nu. 3. (d) d. l. ait prætor 7. in prin. Sfort. q. 87. art. 1. (e) l. fin. C. in quib. caus. rest. non est necess. gl. Cyn. Bart. Bald. & alij, in l. sicut, §. seruanda sunt, C. de præscrip. 30. ann. (f) Bald. tract. de præscrip. 1. part. 5. q. 6. in prin. Bart. in d. l. fin. num. 2. gl. in l. auxilium, verb. cessabit, ff. de minor. Abb. & communiter Canonist. in c. beneficid, de rest. (g) tex. in l. 1. & tot. tit. C. si aduers. rem iud. l. 1. C. si aduers. liber. l. præ.



l. præfecti cum seq. ff. de minor. & in c. 1. de rest. lib. 6. c. sciscitata ext. eod. (h) Maran. in suo spec. part. 6. §. & quandoque appell. nu. 413. Præpos. in c. ex ratione, de appell. num. 19. vers. sed operæpretium, l. properandum, §. fin. C. de iud.

### XXI.

In ceteris autem temporalibus præscriptionibus, non est necessarium hoc remedium, regulariter (ex eo quod non currant tempore minorennitatis) implorare. (a) Hinc est, quod quadriennium à lege ad restitutionem petendam, litemq; inchoandam (b) concessum, non nisi 25. anno completo (c) minori currat.

(a) l. fin. vbi Bart. & communiter Dd. C. in quib. caus. in integrum rest. non est necess. Bald. de præscript. part. 1. sext. nu. 35. & seq. (b) Cald. in l. si curatorem in verb. infra legitimum tempus, de rest. min. nu. 1. per Clem. 1. de rest. & l. fin. C. de temp. in integ. per l. 2. ff. de colluf. deteg. (c) l. si curatorem de rest. min. l. superuacua fin. C. de tempor. in integ. c. constitutus de in integ. rest. Maur. cap. 46. eod.

### XXII.

Ad solutiones quoque tam sibi, (a) quam tutori vel curatori, (b) absque iudicis decreto (c) factas, hoc edictum pertinere, certi iuris est; sic si indebitum, (d) etiam iure civili tantum, (e) minor soluisse: repetitionem habere defendimus.

(a) l. ait prætor, in prin. h. t. l. 1. C. si aduers. solut. vbi commun. Dd. Mant. sing. 631. (b) d. l. 1. C. si adu. solut. l. minor 25. annis adito, ff. h. t. Paul. Cast. in l. filius, nu. 2. ff. de solut. Maur. de restit. c. 176. (c) d. l. ait prætor, §. permittitur, vbi gl. Maur. cap. 178. Guid. papæ, sing. 85. l. sancimus, C. de administ. tut. (d) per l. 1. & 2. C. si aduers. donat. l. fin. C. si aduers. solut. Maur. cap. 180. Bart. in l. interdum, nu. 10. de condict. indeb. (e) l. 2. C. si aduers. solut. vbi Barr. Bald. Paul. de Cast. & communiter Dd.

### XXIII.

Non solum in damno sibi illato, verum etiam omisso lucro, (a) nisi odiosum & pœnale sit, (b) vt in actione iniuriarum non intentata, (c) in ommissa vsurarum petitione, &c. (d) minori succurritur.

(a) c. constitutus, vbi Panorm. nu. 5. l. ait prætor, §. hodie, l. verum, §. sciendum. l. non omnia ff. h. t. l. minoribus, C. eod. l. si quis Titio 41. ff. ex quib. caus. maior. Couarr. variar. resolut. cap. 5. nu. 2. §. illud, Inst. de l. Aquilia. (b) Sfort. q. 4. art. 8. & 9. l. sciendū, ff. ex quib. caus. maior. (c) l. auxilium ff. de minor. Cald. d. loc. in verb. aduers. dolo nu. 18. Maur. cap. 150. Sfor. q. 88. art. 3. de rest. (d) l. cum quidam 17. §. si pupillo, ff. de vsuris.

### XXIV.

In delictis autē dolo commissis, siue ommissis minor non restituitur, (a) si legitime probatum sit: (alias contra propriam confessionem, prætor pollicetur opem.) (b) Sic si maiorem se dolo dixerit, (c) aut que in minori atate gessit, post 25. annum rata habuerit, (d) si (absque tamen aduersarij dolo, vel metu) contractum iuramento firmarit, (e) nisi sit impubes, nec doli proximus, (f) non subuenitur.

(a) l. si



(a) l. si ex causa, §. nunc videndum, & §. si in commissum l. auxilium, ff. h. t. Mathes. sing. 164. vbi addit. Hyppol. sing. 628. Cornæus conf. 247. Clar. in §. fin. pract. crim. q. 60. in pr. d. l. 1. C. si aduers. delict. (b) l. certum §. pupillus, ff. de coadit. vbi Bart. Angel. & alij l. nam & postea, §. si minor, ff. de iureiu. c. fin. vbi glo. & alij, de confessis in sexto. Menoch. de Arbit. Iud. lib. 3. cent. 3. casu 268. nu. 3. (c) l. 3. C. si minor se maior. dixer. (d) l. 3. §. si quis cum minor ff. h. t. l. 1. & 2. C. si maior fact. rat. (e) auth. Sacramenta. iunct. l. 1. C. si aduers. vend. (f) Cald. in l. si curatorem in verb. minorib. num. 8. Sichard. in d. auth. Sacramenta.

## XXV.

*Quæstio demum hic non inelegans, subnecti potest, an sola probatio ætatis, & lesionis sufficiat, absque vlla iudicis pronuntiatione, vt minor restitui debeat? & contra Bart. (a) quæ communis est, (b) sententiam declaratoriam requirimus. (c)*

(a) in l. de ætate, ff. de minor. nu. 14. (b) Papia in d. l. de ætate num. 55. Iafon in l. sed et si possessor §. fin. ff. de iureiur. (c) l. 3. §. ideoque de restib. Deci. conf. 223. nu. 6. & 595. num. 2. facit d. l. de ætate & d. l. sed & possessor, §. fin. vti aduertit Maur. de rest. cap. 323. Cald. d. loc. in verb. minorib. num. 40.

## COROLLARIUM.

**C**oronidis loco difficilis hæc, (a) & à Dd. multum agitata addi potest quæstio, an minor contra conditionem ir retractabilem, restituendus veniat? & verius posse cum Mauritio, propugnabimus. (b)

(a) teste Arcino. conf. 67. nu. 5. (b) Ruinus conf. 199. num. 3. & 4. lib. 1. Corne. conf. 184. lib. 3. Maur. de rest. cap. 288.





153255

AB: 153255

(X2203998)

K





De legibus et constitutionibus Imperatorum Romanorum







# DE RESTITV TIONE MINORVM. CON CLVSIONES ALIQVOT.

QVAS DIVINA FAVENTE GRATIA,  
PRAESIDIBVS CLARISS. ET CONSULTISS. VIRIS  
D, Ioanne Michaëlis Cronenburgero, & D. Ioanne Hol  
landt, SS. LL. Licent. Dictatore & Fisco, pro laudabili  
& huc vsque recepta consuetudine, in florentissi  
mo Iuridicæ facultatis, apud Vbios Col  
legio, publicè defendere eni  
tetur.

**CHRISTIANVS BORN**  
AGRIPPINENSIS.

*Anno reparatæ salutis CI. IC. LXXXI.*  
*21. Martij.*



COLONIAE AGRIPPINAE  
EXCVDEBAT PETRVS KESCHIDT.

